

Europa et Iuppiter

(Grupo Galatea: M.T. Beltrán, M.T. Cases, M. García)

Revista Saguntina, abril 2010: <https://sites.google.com/site/revistasaguntina/numeros-antiores/2010>

Tyri Agenor regnabat; ei quinque filii erant et una filia, pulcherrima Europa. Rex Agenor sciebat ut Europae pulchritudo homines amoris dementes reddere posset et statuit Europam cum fratribus aut ipso semper esse ut eam tutarentur. Virgo ita vivebat ut cum propinquis solum ageret.

Tamen dei eam videre poterant et Iuppiter, deorum omnium potentissimus, Europae pulchritudinem animadvertit. Ut Iuppiter secum esse vellet, tamen sciebat id difficile esse si ante Europam sub hominis specie adibat. Ineunte aestate, Europa ad maris ripam cum amicis cotidie ludere solebat. Ut Iuppiter id animadvertit, scit quomodo Europae appropinquare posset.

Iuppiter ex deo in album taurum mutatur et petit ad ripam ubi Europa cum amicis ludere solebat. Europa ut primum pulchrum taurum cum auris cornibus videt, ei appropinquat et tauri pectora mulcet; ut taurus docilis videtur, Europa in taurum adscendit. Taurus primum per maris ripam deambulat sed, ut Europa fida et tuta videtur, taurus excurrit et in altum petit; Europa nihil facere potest; cito Cretam adveniunt ubi Iuppiter ex tauro in deum mutatur. Tum Iuppiter et Europa coniugantur et Europae cum deo tres filii sunt. Supremus deus insulam Cretam ei donat ut Europa semper ibi habitet, et praeterea in caelo sub tauri specie signum collocat ita ut, si quis caelum prospectet et taurum videat, Europae et Iovis amores memoret.